# Band II., Nr. 353, Seite 100-101

*Kaiser Friedrich (I.) nimmt das Kloster Maulbronn in seinen unmittelbaren Schutz und sichert ihm die Rechte, die ihm durch die Päpste Innozenz II. und Eugen III. verliehen worden sind.*

## Speyer, 1156. Januar 8.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus, dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Religiosorum desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in domino Mulenbrunnensis cenobii fratres, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et beatæ dei genitricis semperque virginis Mariæ monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub nostra protectione suscipimus, et sub imperatoriæ seu etiam regiæ potestatis clipeo perenniter protegendum immobili firmitate stabilimus presentisque scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque[a] possessiones, quæcunque bona ipsum monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum largitione imperatorum, regum aut pontificum, principum vel quorumlibet oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio adipisci poterit, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eundem videlicet locum, qui Mulinbrunnen dicitur, cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Lochenkeim, grangiam de Bonenlanden, grangiam de Eckenwilere, grangiam de Eluingen, grangiam de Cnutelingen[b], grangiam quæ dicitur Hart[1], grangiam de Malsge, grangiam de Lincgenheim, grangiam de Luzheim, grangiam de Marrenheim[2], grangiam de Otterstaht, vineas in Hagenbach, terram in Tutenhouen, terram in Heinhouen, terram in Kez, terram in Mersge, terram in Buggenesheim, terram in Wirmeresheim, terram in Sigevvarteswilere[3], terram in Vilmutebahc, cum vineis, pratis, aquis et aquarum discursibus, pascuis, silvis, decimis et cæteris earum pertinentiis[c]. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius bona vel possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione oblata sunt usibus

[a]Das Original des Stiftsarchivs hat *que,cumque.*
[b]Das Original des Stiftsarchivs hat *Cnuttelingen.*
[c]Das Original des Stiftsarchivs hat *pertinenciis.*

[1]Vermutlich Harthof, Malsch, HD, W.
[2]Das abgegangene Marrenheim, nicht Marnheim, KIB.
[3]Unermittelt.

omnimodis profutura. Statuimus quoque, edicto imperiali sanctientes, ne sepedicta ecclesia per omnes possessiones suas preter nostram personam vel successorum nostrorum in regno aliquem advocatum habeat. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, sicut statutum et concessum est vobis a summis pontificibus, beatæ memoriæ Innocentio et Eugenio, nullus omnino aut clericus aut laicus decimas a vobis exigere presumat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ tuitionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere, imperatorie regiæque maiestatis offensam graviter incurrisse cognoscat. Ut autem hæc nostræ tuitionis pagina rata et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione communire curavimus, testesque subnotari fecimus, quorum nomina hæc sunt: Gvnthervs, Spirensis episcopus. Godefridus, maioris æcclesiæ Spirensis præpositus. magister scolarum Winemarus. Heinricus, præpositus de sancto Germano. dux Welpho. Fridericus, filius palatini comitis de Wittilinesbahc. Rodulphus, comes de Phullendorff. Hegeno, comes de Vehingen. Godefridus, comes de Cymberen. Heinricus de Sancto Monte. Bertolphus, comes de Blassenber. Robertus, comes de Rumesber. Bertolphus, comes et frater eius de Kalevva. Fridericus de Wolua. Otto et Fridericus de Scarphenberch[4]. Arnoldus de Biuerbach[5]. Berengerus de Rauenesten. Walterus Cuto. Hildebrandus pincerna. Cunradus de Scippne[6]. Otto de Nicastel. Anselmus, Spirensis camerarius. Cunradus de Triueles. Bertolphus de Scarphenberc[7] et alii quam plures.<br> <br> Signum domni Friderici, Romanorum imperatoris augusti. *(Monogramm.)*[8]<br> <br> Ego Arnoldus, archiepiscopus et archicancellarius, recognovi.<br> <br> Datum apud Spiram, VI.[d] idus Ianuarii, indictione IIII., anno incarnationis dominicæ MCLVI., regnante domino Friderico, Romanorum imperatore augusto, anno et regni[e] eius IIII.[f], imperii vero primo.

—

[d]Das Original des Stiftsarchivs hat *VI*$^{o}$.

[e]Das Original des Hauptstaatsarchivs Stuttgart wird, wenn überhaupt die Partikel stand, wohl *etiam* gelesen haben. Das Original des Stiftsarchivs hat *anno regni*.

[f]Das Original des Stiftsarchivs hat *IIII*$^{o}$.

[4]Scharfenberg (Burg), Donzdorf, GP, W.

[5]Entweder Feuerbach, Stuttgart, S oder Biberbach, Röhrmoos, DAH oder Biberbach (Schwaben), A.

[6]Ober- und Unterschüpf.

[7]Scharfenberg, Annweiler, SÜW, W.

[8]Das Original des Stiftsarchivs hat ein Monogramm, dahinter das ziemlich gut erhaltene kaiserliche Majestätssiegel.

Der Textabdruck erfolgt nach Christoph Besold: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, Nr. 3, S. 794.<br> <br> Die Vorlage von Besold wird nicht ganz ersichtlich. Möglicherweise handelt es sich um ein im Staatsarchiv Stuttgart befindliches Original, das hier im Repertorium zu HStA Stuttgart A 502, S. 4, bereits seit Anfang des 19. Jahrhunderts als fehlend angemerkt wird. Zu den in der Urkunde erwähnten beiden Papsturkunden vgl. Albert Brackmann (Hrsg.): Germania pontificia, Bd. 1: Provincia Salisburgensis et episcopatus Tridentinus, Bd. 2,1: Provincia Maguntinensis: Dioeceses Eichstetensis, Augustensis, Constantiensis I, Band 2,2: Helvetia pontificia, Band 3: Provincia Maguntine, Bd. 3, S. 126, Nr. 1 und Nr. 2.<br> <br> Nach erfolgter Drucklegung des WUB fand sich ein (weiteres?) Original im Stiftsarchiv St. Paul im Lavanttal/Kärnten, auf das sich Besold den MGH DD F I zufolge nicht bezogen hat. Ein Vergleich des vorliegenden Abdrucks mit diesem Original ergab einige Textabweichungen, deren bedeutende in den Anmerkungen angegeben sind. Allgemein hat das Original des Stiftsarchivs häufig *v* statt *u* und ę statt *ae*, die im einzelnen nicht vermerkt wurden.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

**Signatur/Titel des Originals:**
St. Blasien U 311

**Editionen:**
Christoph Besold: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, Nr. 3, S. 794. Petrus: Suevia ecclesiastica, S. 572 (nach Besold). Stephan Alexander Würdtwein: Monasticon Palatinum chartis et diplomatibus instructum notitiis authenticis illustratum, 6 Bde., Mannheim 1793-96, Bd. 4, S. 92, § 36 (Auszug nach Besold). Monumenta Germaniae Historica. Die Urkunden der deutschen Könige und Kaiser, Bd. 10, 1-5: Die Urkunden Friedrichs I., bearb. von Heinrich Appelt, Hannover 1975-90, Teil 1, S. 222 f., Nr. 132.

**Regesten:**
Karl Friedrich Stumpf-Brentano: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 3734. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 2,1, S. 113 f., Nr. 383.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Speyer

**Ortsindex:**
Altlußheim Wohnplatz (6262)<br> Altlußheim, HD<br> Biberbach (Schwaben), A<br> Biberbach, Röhrmoos, DAH<br> Bickesheimer Kloster : Durmersheim RA<br> Bickesheimer Kloster Wohnplatz (5693)<br> Bonlanden Wüstung (25469)<br> Bonlanden, Weissach, BB, W<br> Calw Wohnplatz (6981)<br> Calw, CW<br> Donzdorf GP<br> Donzdorf Gemeinde (622)<br> Dudenhofen, RP<br> Eckenweiher, Mühlacker, PF, A<br> Elfinger Hof, Staatsdomäne : Maulbronn PF<br>

Feuerbach Wohnplatz (17)<br> Feuerbach, Stuttgart, S<br> Füllmenbacher Hof Wohnplatz (7104)<br> Füllmenbacher Hof, Sternenfels, PF<br> Hagenbach, GER<br> Hanhofen, RP<br> Harthof, Malsch, HD, W<br> Heiligenberg Wohnplatz (17938)<br> Heiligenberg, FN<br> Ketsch Wohnplatz (6376)<br> Ketsch, HD<br> Knittlingen Wohnplatz (7037)<br> Knittlingen, PF<br> Linkenheim Wohnplatz (5555)<br> Linkenheim, Linkenheim-Hochstetten, KA<br> Löchgau Wohnplatz (1010)<br> Löchgau, LB<br> Malsch HD<br> Malsch Gemeinde (6396)<br> Marnheim, KIB<br> Marrenheim, Römerberg (Pfalz), RP, W<br> Maulbronn Wohnplatz (7043)<br> Maulbronn, PF<br> Mörsch Wohnplatz (5570)<br> Mörsch, Rheinstetten, KA<br> Neukastel (Ruine), Leinsweiler, SÜW, W<br> Oberschüpf Wohnplatz (3684)<br> Oberschüpf, Boxberg, TBB<br> Otterstadt, RP<br> Pfullendorf Wohnplatz (21259)<br> Pfullendorf, SIG<br> Plassenburg, Kulmbach, KU<br> Ravenstein Wohnplatz (596)<br> Ravenstein, Böhmenkirch, GP<br> Ronsberg, OAL<br> Scharfenberg, Annweiler, SÜW, W<br> Sigevvarteswilere<br> Speyer, SP<br> Trifels (Ruine), Annweiler am Trifels, SÜW, W<br> Unterschüpf Wohnplatz (3693)<br> Unterschüpf, Boxberg, TBB<br> Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br> Vaihingen an der Enz, LB<br> Wittelsbach (Burg), Oberwittelsbach, Aichach, AIC, W<br> Wolfach Wohnplatz (12069)<br> Wolfach, OG<br> Würmersheim Wohnplatz (5695)<br> Würmersheim, Durmersheim, RA<br> Zimmern Wohnplatz (16309)<br> Zimmern, Bisingen, BL